Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



35

eum. causam huiuce dimissionis reddit. et dicit. Ego scio israel. et israel
domus mea: quia nunc fornicatus est israel. Non dabunt co
gitationes suas. ut reuertantur ad dominum suum. quia spiritus fornicationis in medio eorum.
et dominum non cognouerunt. Idcco ait. ego dico dimitte eum. quia scio cogitationes
eorum. quod non dabit cogitationes suas ut reuertantur ad dominum. Sciendum hoc. et in
bonitate de domino sciendum. quod neminem dimittat siue tradat. quemuerbo ut sepe
dictum est uirtus apls. nam quem esse prspicit incorrigibile. quia uidet. ut idem apls ait.
uult omnes homines saluos fieri. si ipsi uelint. Sed forte hic obiicit quis. quia so
domitas. tyrannos. atque sydonios scimus penitentiam posse agere. et tamen
dimisit eos. Ait enim ipse. Ve tibi corazaim. ue tibi bethsaida. quia si in tyro
et sydone factae essent uirtutes. quae factae sunt in uobis. olim in cilicio et cinere
penitentiam egissent. Sed. et tu capharnaum inquit. numquid usque in celum
exaltaberis. Usque in infernum descendes. Quia si in sodoma factae fuissent uirtu
tes quae in te factae sunt. forte mansissent usque in hanc diem. Quid igitur ad hec dicendum.
Quare tyrios. sydonios. atque sodomitas dimisit et suas illis uirtutes non fecit. si per
uirtutes factas poterant reuocari. et dare cogitationes suas ut reuerterentur ad
dominum. Humquid idcco quia saluos illos noluit fieri. qut ait apls. uult omnes homines
saluos fieri. An quod ueri est. et penitentiam in cilicio et cinere agere potuissent. et tam
non dare cogitationes suas ut reuerterentur ad dominum. Diligenter namque animadtendum
est. quia non paria. uel eiusdem pollentia sunt hec. penitentiam agere et reuerti ad dominum. Non
enim omnis qui penitentiam agit reuertitur ad dominum. Aliquin achab rex israel impiu
fatebitur reuisum fuisse ad dominum. quia penitentiam egit. per sanguine naboth que
occidit. quia dicente sibi helya in sermone domini. in loco hoc in quo lixerunt
canes sanguinem naboth. lambent uim sanguinem. scidit uestem suam et operuit cili
cio carnem suam. et [illegible] uinauitque et dormiuit in sacco. Hum iste cogitationes
suas dedit. ut reuer[illegible]teretur ad dominum. Non utique. quia et si per sanguine naboth pe
nitentiam egit. tamen a peccatis ieroboam. id est a uitulis aureis non recessit. im
mo et baal que iezabel in duritia colere non desinit. Egit namque penitentiam.
non ut etiam regnum dei consequeretur. sine temporali regno samarie permaneret. Re
cepit mercede sua. mercede penitentie. quale querebat. ut uiuens regno
non careret. dicente domino ad heliam. Quia humiliatus est mei causa. non inducam
malum in diebus eius. sed in diebus filii eius inferam malum domui eius. Sic minuitur
sodomite. sic tyrii et sydonii si factae fuissent illis uirtutes. penitentiam
quidem egissent. uerumtamen non ea intentione et fide. ut ad inuisibile regnum
dei peuenirent. sed ut in isto uisibili seculo sicut ceteri ciuitates permanerent. et in